

Universitätsbibliothek Wuppertal

Davidis Ruhnkenii Opuscula Varii Argumenti, Oratoria, Historica, Critica

Ruhnken, David

Lugduni Batavorum, 1823

Censura poematis Orphici De lapidibus

Nutzungsrichtlinien Das dem PDF-Dokument zugrunde liegende Digitalisat kann unter Beachtung des Lizenz-/Rechtehinweises genutzt werden. Informationen zum Lizenz-/Rechtehinweis finden Sie in der Titelaufnahme unter dem untenstehenden URN.

Bei Nutzung des Digitalisats bitten wir um eine vollständige Quellenangabe, inklusive Nennung der Universitätsbibliothek Wuppertal als Quelle sowie einer Angabe des URN.

[urn:nbn:de:hbz:468-1-1677](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:468-1-1677)

CENSURA
POEMATIS ORPHICI
DE LAPIDIBUS,

ED. TYRWHITTO (*).

EX BIBLIOTHECAE CRITICAE Part. VIII.
pag. 85, sqq.

ΠΕΡΙ ΛΙΘΩΝ. *De Lapidibus, Poëma Orphico a
quibusdam adscriptum, Graece et Latine, ex
editione J. M. GESNERI. Recensuit Notasque
adjecit THOMAS TYRWHITT. Simul prodit
Auctarium Dissertationis de Babrio. Londini
1781. 8.*

Ex iis, qui nunc Critici in Britannia numerantur,
dubito, an quisquam ullo sit genere laudis Thomae
Tyrwhitto anteponendus. Non enim vanis incertis-
que conjecturis lectorem ludit, aut ingenii ostenta-
tione lascivit, sed criticae disciplinae severitate usus,
sententiam cujusque Scriptoris amplectitur, ex eaque
in omnes partes versata facile elicit, quod prius
scriptum erat. Has autem tam felices emendationes
non, qui multorum mos est, Thrasonico flatu ja-
ctat,

[(*) A Wytenbachio, V. Cl., Ruhnkenio adscripta,
Bibl. Crit. Part. IX, praef. pag. VI.]

ctat, sed summa modestia viris eruditissimis judicandas proponit. Testes sagacitatis et moderationis sunt Euripides, Plutarchus, et Babrius, de quibus alias diximus (*). Testis iterum libellus, cujus titulum hic posuimus. Unde natum sit hujus Carminis de nouo recensendi consilium, docta praefatione explicatur. Cum enim vulgo, librorum veterum auctoritate, Orpheo tribueretur, viri eruditi, in his jam olim Graeculus nescio quis, Demetrius Moschus, cujus argumentum libello praemittitur, temere sibi persuaserunt, omnia, quae dicantur, ex Orphei persona dici. Quod ubi semel pro vero sumtum erat, incredibile dictu est, quanta totius Oeconomiae, quam vocant, consecuta sit perturbatio, et quantae tenebrae rebus alioqui claris et perspicuis inductae. Gesnerus quidem, omnia ad istam opinionem interpretari conatus, quot se laqueis induit? quam misere sudavit, ut se inde expediret? At vero Tyrwhitti sa-

[(*)] Exstat Tyrwhitti *Appendix* ad Musgravii *Exercitationes* in *Euripidem*, p. 133—176, unde obiter ejus fit mentio in *Censura* Edit. Musgravianae, *Bibl. Crit.* P. IV. p. 15. *Plutarchi* Fragmenta duo, ex Cod. MS. Harlejano, primus edidit Londini, 1773, postea in Germania repetita a Schneidero in Edit. libelli Plutarchei de Pueror. Educ. 1775. indeque obiter commemorata ejusd. Op. P. III. p. 90. De *Babrio*, Fabularum Aesopearum scriptore, Dissertationem edidit Londini, 1775. cujus ibidem exstat censura P. II. p. 120—128. Ceterum, qui Tyrwhitti merita in rem Literariam uberius cognoscere cupit, adeat *Auctarium Praef. Ed. Angl. Opusc. Ruhnkenii* p. LXXII—LXX.]

gacitas cum vidisset, nihil in hoc Carminē, ex Orphei persona dictum esse, nihil omnino ad Orpheum referri, nullo negotio cum Carminis dispositionem perspexit, tum caliginem, quam aliorum error rebus offuderat, discussit. Scilicet libelli auctor lapidum vires enarrat, partim theurgicas, quibus Deorum benivolentia concilietur, partim medicas, quae adversus serpentum ictus et venena valeant. Hanc narrationem Theodamanti cuidam tribuit, qui deinde Hellenum, Priami filium, ad Philoctetem loquentem inducit: plus auctoritatis, ratus, praecepta sua habitura, si sub tam clari vatis nomine proderentur. Orphei autem nomen carmini ἀδεσπότην inscripsit imperitus aliquis, qui similes ineptias ad Orpheum auctorem referri, alicunde audivisset. Nec alio errore vetus carmen περὶ καταρχῶν (*), Maximo, qui magiae crimine periit, adscriptum videtur. Sed praeclarae hujus disputationis laus omnino communicanda est cum viro doctissimo, Joanne Schradero Praef. ad Emend. p. 11. ubi carminis Oeconomia brevius quidem, sed iisdem rationibus, explicatur. Ac nescio, an utroquo prior rem viderit Gisb. Koenius ad Gregor. de Dialect. p. 124: certe eum vs. 388. verissime emendantem Πριαμίδαο pro Παλαμίδαο, vix poterant reliqua latere. Tyrwhitto Carmen scriptum vide-

[(*) Cf. Fragm. Ruhnken. ex Heynii Virgil. supra horum Opusc. p. 485. Adde auct. emend. ad Hesych. v. ἐρήμενος. Ep. Crit. I. p. 87 et 109. (cf. supra p. 585.) et II. p. 193. Tyrwh. ad Pseud. Orph. Praef. p. x. et p. 106. laudata Editori Anglo in Ind. Auct. Vet. v. Poëta Verus π. κ.]

detur post A. C. 357. hoc est, post Imp. Constantii Legem in Cod. Theodos. IX. Tit. 16. 4. qua Magi, sive, qui tum fere pro Magis habebantur, Philosophi, gladii poenam subibant. Ad quod supplicium a Poëta respicitur vs. 73:

Καί κεν ὁ μὲν κοίταισιν ὑπ' ἄορι κρατὸς ἀμερβέλης
 Λευγαλέῳ θανάτῳ δῖος Φῶς ἐκτετάνυσται.

At cum jure dubitem, an Valentiniani et Valentis aetas carmen tam sani coloris proferre potuerit, potius referam ad tempus Domitiani, qui, teste Dione Cassio LXVII. p. III, philosophos partim urbe et Italia ejecit, partim poena capitis affecit. Sub finem praefationis, quam Tyrwhittus libello praemisit velut in transitu, memorabilis et digna tali ingenio de Manethone animadversio profertur. Primum multis indiciiis, cum rerum, tum vocabulorum, demonstratur, Apotelesmata non e Manethonis Aegyptii, sed ex incerti Poëtae, qui sub occasum imperii Romani vixerit, officina prodiisse. Deinde tam perspicue, ut dubitari non possit, docetur, duos libros ex iis, qui Manethoni tribuuntur, nempe I. et V. non profectos a scriptore librorum reliquorum, II. III. IV. et VI. sed ab alio versificatore, interdum per turpe plagium, ex ipsius Manethonis verbis conflatos. Superest, ut specimina quaedam egregiarum emendationum, quibus Carmen de Lapidibus restituitur, apponamus.

Vs. 296. vulgo editur, nulla sententia:

Ἐν γὰρ σφιν μέγα δὴ τι Φερέσβιος ἔμβαλε πνεῦμα
 Ἥλιος, ῥοίζου ἐρικυδέος αὐτίκα Φωτὸς
 Σεμνοτέρους τ' ἰδέειν.

Hunc locum sic constituit vir eruditissimus:

Ἐν

Ἐν γὰρ σφιν μέγα δὴ τι Φερέσβιος ἔμβαλε πνεῦμα
 Ἡέλιος, ῥέζον ἔρικυδέας αὐτίκα Φῶτας,
 Σεμνοτέρους τ' ἰδέειν.

Vs. 301, et 302. in vulgatis editionibus separantur,
 et cum mendis sic leguntur:

Τόλμα δ' ἀθανάτους καὶ ἐνηεῖ μειλίσσεσθαι.

Μαγνήτην δ' ἔξοχ' ἐφίλησεν θούριος Ἄρης.

At utrumque Tyrwhittus conjungit, praeclare emen-
 dans:

Τόλμα δ' ἀθανάτους καὶ ἐνηεῖ μειλίσσεσθαι

Μαγνήτῃσ' αὖ τὴν δ' ἔξοχ' ἐφίλητο θούριος Ἄρης.

Vs. 356. in libris vulgatis est:

τόν ῥα βροτοῖσιν

Ἦνδανεν ἄλλοισιν καλέειν ἄψυχον ὀφείτην.

Nihil verius ejus correctione:

τόν ῥα βροτοῖσιν

Ἦνδανεν ἄλλοισιν καλέειν ἔμψυχον ὀρεΐτην.

Vs. 521. edd. vett. et MS. Parisin. habent:

καὶ χερσὶν ἐνοκρίθεντα τεῖσιν

Ἀμφαφάεις λίθον, ὃ πρὶν ἔχων ὕγρὸν δέμας ἦεν.

At vir praestantissimus legi jubet:

καὶ χερσὶν ἐν ὀκρίθεντα τεῖσιν

Ἀμφαφάεις λίθον, ὃ πρὶν ἔχων ὕγρὸν δέμας ἦεν.

In qua emendatione nemo acumen et elegantiam de-
 sideret. Hom. II. Θ. 327. Τῆ β' ἐπὶ οἱ μεμαῶτα
 βάλεν λίθῳ ὀκρίεντι. Archias Analect. Brunck. T. II.
 p. 982. Καρπὸν ἀλεῖ Διῶς ὀκρίεντι λίθῳ.

Sed, quando de locis depravatis dicere coepimus,
 liceat de nonnullis, quae vir doctissimus praeteriit,
 sententiam nostram exprömere. Vs. 13:

S s 13 Ἄλλ'

Ἄλλ' ἤτοι κείνους μὲν ἀμάμντοι Διδε οἴκοι
 Χαίροντας δέξαντο, θεηγενέων ὄχ' ἀρίστους.
 Poëta scripsit χαίροντες.

Vs. 38: καὶ πόντοιο κυκωμένου οὐκ ἀλεγίζων,
 Βῆσε τ' ἐπὶ τραφερὴν ἀκυμάντοισι πόδεσσι.

Verissima nobis videtur correctio Dorvillii ad Charit. p. 260. ἐπὶ τραφερὴν χθόνην, nec Tyrwhittus quaerere debebat: *quid mirum, si aliquis per terram-
 incedat siccis pedibus?* Sensus enim hic est: *e mari saluus in terram redibit.* Infra vs. 578. καὶ πολὺν Νη-
 ρῆα κυκωμένον ἐξυπαλύξαι.

Vs. 68:

Ἐκ δ' οἴγε πτολίων τε καὶ ἀνδρῶν ἤλασαν ἐσθλὴν
 Ἄ δειλοὶ, σοφίην.

Omnino legendum:

Ἐκ δ' οἴγε πτολίων τε καὶ ἀγρῶν ἤλασαν ἐσθλὴν,
 Ἄ δειλοὶ, σοφίην.

Πόλεις et ἀγροὶ saepe conjunguntur. Phocylides, qui dicitur, vs. 124: Ἀγροὺς καὶ πόλιας σοφίην καὶ νῆα κυβερνᾷ.

Vs. 119:

Πρὶν περ ἀναστήσαντος ἀπὸ χθονὸς αὐχένα δεινὴν
 Ἐφρασάμην.

Etsi vulgatam lectionem damnare non ausim, suspi-
 cor tamen, a Poëta scriptum esse:

Πρὶν περ ἀνασχῆσαντος ἀπὸ χθονὸς αὐχένα δεινὴν
 Ἐφρασάμην.

ut sit imitatio Callimachi Fragm. 438: Ὅς δ' ὤστ' ἐξ ὀχεῖς ὄφιο ἀόλος αὐχέν' ἀνασχών. Vide Ruhnke-
 nium Epist. Crit. II, p. 189.

Vs.

Vs. 246:

Πέτρι, ἀλλ' ἔμπης πέλεται κρατερή τε γε πέτρι.
Tyrwhitti V. Cl. conjectura non multum aberravit a
vero. Scribendum:

Πέτρι, ἀλλ' ἔμπης πέλεται κρατερή στερή τε.
Sic vs. 562: ὥστε σε πάγχυ λίθου στερήν ὀϊσασθαι.

Vs. 251:

Τριβόμενον τρίβοις κροτάφοις πάντ' ἤματα σείο.
εἰ γὰρ μιν ἐλαίω
Repone:

Τριβόμενον χροίσις κροτάφοις πάντ' ἤματα σείο.
Sic etiam legerunt Scholiast. Parisin. et auctor Epi-
tomes ap. Tyrwhittum p. 99.

Vs. 265:

Καὶ γλαφυρὸν κομίσιος ἐαρόχροον αἴνευ Ἰαπίν.
Bene Tyrwhittus ἐαρόχροον accipit pro *viridi*. Quam
explicationem confirmare potuisset ex Hemsterhusio
ad Lucian. Nigrin. p. 52.

Vs. 304:

Ἦυτε παρθενική γλαυρόφρου χερσὶν ἐλοῦσα
Ἦϊθεον.
Legendum videtur:

Ἦυτε παρθενική μαλακόφρου χερσὶν ἐλοῦσα
Ἦϊθεον.

Supra vs. 35:

Καὶ μαλακὴ χρύσειον ἐπὶ λέχος αἶν ἐρύσσει
Ἄλληκτου κούρη.

Vs. 349:

Τὸν βα μεθ' ὕσμίνην ἤκειν ποσὶν ἀτρεμέεσσιν.
Mendum manifestum, ἀτρεμέεσσιν pro ἀρτεμέεσσιν,

tam diu ferri non debebat. Hesychium, easdem voces confundentem, castigavit Bentlej. Epist. ad Mill. p. 36.

Vs. 423:

Καὶ σφισιν ἐξαπίνης ῥόθος ἴσταται, οὐδέ τι πρόσσω
Νήχεται.

Pro νήχεται scribendum suspicor νίσσεται, quod de serpente est apud Nicandrum Theriac. 222: Νάβει δ' ἔνθα καὶ ἔνθα διὰ δρυμὰ νίσσεται δληῶ. et vs. 470: Οὐρεα μαιμώστων ἐπινίσσεται ὀκρίοντα.

Vs. 434:

Ἔσθενεν Εὐφῶρβοιο Φέρειν Ἰκετάνοιο υἱός.
Hic locus, una littera mutata, sic expediendus est:

Ἔσθενεν Εὐφῶρβοιο Φέρειν Ἰκετάνοιο υἱός.

Vs. 510:

Ψεῦδος κεν φαίη, τὸδ' ἐτήτυμον αἶψα τετύχθαι.

E vestigiis MS. Paris. ἄρα τετύχθαι, scribendum:

Ψεῦδος κεν φαίη, τὸδ' ἐτήτυμον ἢ ῥα τέτυκται.

Sic supra vs. 342:

Ἦ ῥα ποτ' εἶναετῆ λῶβην ἀμενηνὸν ἔθικας.

Vs. 577:

Καὶ λόλον ἀνδροφόνου Φεύγειν ἀπὸ ληϊστήρων.

Lege, transpositis literis:

Καὶ λόχον ἀνδροφόνου Φεύγειν ἀπὸ ληϊστήρων.

Λόχος proprie dicitur de latronibus. Vide Cl. Valckenarium ad Bion. Carm. 15.

— Ao. MDCCLXXXIII.

PRAE.